



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

An liceat sibi optare mortem. n. 502.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

tis perimendus : Quæritur , an possit sine peccato mandare uni ex suis, ut ipsum globo trajiciat.

Resp. Non posse. Ratio est : quia cum non sit dominus vitæ suæ, non potest jus alteri dare ad suum. Confirm. ex facto Regis David 2. Reg. 1. qui Amalecitem morte punivit, propterea quod Saulem ( et si obnixè rogantem ) interfecit.

## CONFIDENTIA. LXIX.

501. **M**ilitēs navales cum Hæreticis vel Turcis prælio navali dimicantes, vident navim in potestatem hostium venturam, & ideo communi consensu ignem pulveri applicant, & se mari committunt, ne ipsi & navis in manus hostium deveniant : An rectè ? &. Rectissime. Ait enim *Less. cap. 9. d. 6.* quia hi non intendunt sui interitum, sed ne hostis navi cum publico damno potiarur, se mortis periculo expendant, cum spe evadendi. Addit *Less. cit.* si quis potest desilire in mare, ut salvet amicum, cur non ut evadat hostis crudelitatem, ut evadat, inquit, non ut se occidat.

## CONFIDENTIA. LXX.

502. **V**etulae se frequenter accusant in sede confessionali, quòd sibi mortem peroptarint propter miseras ac ærumnas, quas patiuntur. An debeant judicari graviter peccasse.

Resp. Non solum sanctum ac laudabile esse, mortem sibi optare ob majus bonum spirituale

tuale consequendum : malum culpæ vel pœnæ æternæ evitandum : Unde illud Apóstoli : *Cupio dissolvi, & esse cum Christo*, verum etiã per se licitum esse mortem sibi optare ad evitandum malum pœnæ temporalis, morborum infamiæ, captivitatis, &c. Per se inquam, seclusa scilicet impatientia, rancore, murmure &c. ratio est: Quia talis optat mortem, non ut malum, sed ut bonum sibi, neque ut male, sed ut debito modo, nim. Deo disponente, & natura agente eveniat.

## CONFIDENTIA. LXXI.

503.

**I**nfirmus gravi & periculoso morbo laborans, noxia ac verita sumit, mortemque sibi causat aut saltem notabiliter accelerat: An graviter peccet? R. affirmativè. Ratio est, quia quodcumque aliquod opus directè facere prohibitum est, etiam per se illicitum erit, illud indirectè facere, videlicet aliquid agendo vel omit- tendo voluntariè, unde illud sequatur, nisi justa causa ita agendi vel omittendi excuset: at- qui seipsum directè occidere semper illicitum est; ergo per se, & nisi justa causa excuset, etiam illicitum erit se ipsum occidere indirectè, nim. aliquid agendo vel omit- tendo, unde mors sua securura sit.

## CONFIDENTIA. LXXII.

**H**istrio in publico foro venenum sumit, à vipera se morderi sinit, graviter se vulnerat, vel adurit, ad experiendam virtutem suam

504.

X 3

the-